Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Liber de reformatione ecclesiae collegiatae beati Maynbodi Montis Bellgardi - Cod. Aug. pap. 89

**Spenlin, Johann**

**[Reichenau], [15. Jahrh.]**

Inc.: Nos Hugo miseracione divina bisunt(ur?) archiepiscopus notum facimus universis presentes litteras inspecturis [...]

urn:nbn:de:bsz:31-75850

Visual Library

269v

Nos Hugo miseracione divina Bisuntinus archiepiscopus Notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum venerabiles et discreti viri decanus et capitulum ecclesie Montbligardi quedam statuta fecerint quorum tenor sequitur in hec verba Anno domini m° ducentesimo nonagesimo die veneris proxima post festum omnium sanctorum vocatis ad hoc specialiter omnibus de capitulo qui potuerunt vel voluerunt interesse Nos decanus et capitulum ecclesie Montbligardi quod olim statueramus ad presens innovando statuimus et per iuramentum nostrum super alias prestitum approbamus videlicet ne decetero a nobis fiat nova pensio in littera aliqua promissionis alicui conferatur de promovendo ipsum in canonicum in ecclesia nostra predicta Item de ordinacione et alienacione rerum ecclesie nostre nec non de collacione prebende vacantis in ecclesia nostra predicta sive per mortem alicuius concanonici nostri sive etiam per resignacionem nichil novum fiat nisi a capitulo nostro ad hoc per inducias duorum mensium specialiter convocato Item renovando statuimus ut fructus prebendarum canonicorum nostrorum decedencium sive resignancium anni quo decesserint sive resignaverint a die obitus vel resignacionis computandi ob remedium animarum ipsorum canonicorum decedencium vel resignancium in graminibus et magis necessariis usibus predicte ecclesie nostre convertantur nec possint vendi succedenti sed a nobis sine diminucione recipiantur Item de iniuriis illatis vel inferendis nobis ecclesie nostre vel familiaribus nostris statuimus et ordinamus quod concilium Bisuntinum totaliter et expresse teneatur et firmiter observetur Item statuendo renovamus stagium in ecclesia nostra Montbligardi per quatuordecim ebdomadas prout per septendecim ebdomadas fit in ecclesia Bisuntina In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus statutis sunt appensa Datum et actum anno et die predictis Item sequuntur alia statuta in hec verba Anno domini m° ducentesimo nonagesimo in crastino Borbardi convocatis ad hoc specialiter omnibus de capitulo qui potuerunt vel voluerunt interesse Nos decanus et capitulum ecclesie Montbligardi quod olim statueramus innovando statuimus eciam quod quocienscumque imposterum in antea aliquam prebendam in ecclesia nostra Montbligardi sive per mortem canonici sive per resignacionem vacare contigerit Si per mortem statuimus et ordinamus quod fructus secundi anni computandi a die obitus canonici cedant in disposicionem et ordinacionem canonici decedentis Si vero canonicus decedens nullam fecerit de dictis fructibus disposicionem vel ordinacionem capitulum nostrum de dictis fructibus pro voluntate sua disponat Si vero per resignacionem prebenda vacaverit predicti fructus secundi anni a die resignacionis computandi in usus magis necessarios ecclesie et capituli nostri convertantur Item statuimus quod post obitum canonici decedentis a die obitus usque ad tricesimum diem pro remedio anime eius

missa solempnis de fidelibus qualibet die in ecclesia nostra celebretur In cuius rei testimonium
presentibus statutis sigilla nostra sunt appensa Datum ut supra anno et die predictis Item
sequuntur alia statuta sub hec verba Anno domini Mo ccco nono die lune post octavas Pe-
thecostes vocatis ad hoc specialiter omnibus de capitulo qui potuerunt vel voluerunt in-
teresse Nos decanus et ~~[illegible]~~ capitulum ecclesie montisbeligardi statuimus et ordinamus quod domus
canonicorum nostrorum quas eas vacare contigerit per mortem seu liberam resignacionem alicuius
vel aliquorum nostrorum non possint vendi nisi canonicis dicte ecclesie nostre et de pecunia que
habebatur de dictis domibus emantur redditus pro anniversario dicti canonici cuius erat dicta
domus imperpetuum faciendo Item quando dictas domus sic vacare contigerit statuimus et ordi-
namus et propriis iuramentis firmamus quod aliquis nostrum qui dictas domus habere vel emere
voluerit non possit nos decanum et capitulum vel aliquem nostrum per aliquam personam viam
vel per quemcumque alium ecclesiasticum vel secularem rogare vel facere rogari vel induci ve-
nia vice vel per litteras deprecatorias clam vel palam tacite vel expresse quod dicta domus
sic vacans sibi detur vel aliqua curialitas de ipsa domo sibi fiat vel pro minori precio
quam de ipsa haberi poterit eidem tribuatur. Qui si contrarium fecerit ipso facto incurrat per-
iurium nec imperpetuum dictam domum habere possit Sed dictam domum habeat ille canonicus
de ecclesia nostra qui de ipsa plus dare voluerit Item tamen quod in vendicione semper habeatur
recursus quindecim dierum ad hoc quod qui ultra precium oblatum dare voluerit de dicta do-
mo durante termino quindecim dierum ipsam habeat Item tamen quod canonicus qui talem domum
emerit minime sub pena periurii possit ipsam intrare vel inhabitare quousque precium
dicte domus ad plenum solverit vel satisfecerit de eadem Si vero contrarium fecerit periurium
et sententiam excommunicationis incurrat ipso facto et vna cum hoc Nos decanus et capitulum te-
nemur et debemus retinere et occupare omnes fructus grossos prebende sue et nichil ei-
dem ministrare de dictis fructibus sub debito iuramenti nostri quousque de precio dicte
domus solucio et satisfactio nobis facta sit ad plenum et teneantur canonici qui dic-
tas domos emerint ipsas in bono statu tenere et reedificare si indigeant secundum
possibilitatem suam et ad arbitrium decani et capituli nostri quod si facere recusaverit Nos decanus
et capitulum tenemur et debemus per iuramentum nostrum recipere et occupare omnes fructus
grossos et minutos prebende sue et nichil eidem de ipsis fructibus tradere vel ministrare
quousque dictam domum in manu decani et capituli nostri omnino reliquerit et resignaverit Ad
hoc quod de ipsa ordinetur pro utilitate ecclesie nostre prout nobis melius videbitur expedire vel
quousque dictam domum reedificaverit et in statum debitum reduxerit eandem secundum quod supra est
expressum Item nos ~~capit~~ decanus et capitulum affectantes ut cultus divinus in nostra ecclesia

augmentetur et ut eadem ecclesia laudabilius serviatur statuimus et ordinamus quod de cetero
in ecclesia nostra sint sex prebende sacerdotales videlicet decanatus vicaria perpetua et quatuor
prebende que primo vacabunt in ecclesia nostra sive per mortem sive per liberam resignacionem
quequidem prebende de cetero conferri non poterunt nisi personis ydoneis in sacerdocio promotis
vel promovendis infra annum adiacentes quod si illi quibus tales prebende conferentur non sint pro-
moti ad ordinem sacerdotalem infra annum prebendis ipsis et canonicatibus privati ipso
facto sint. Item statuimus et ordinamus quod quicumque in ecclesia nostra recipietur in canonicum de
primis grossis fructibus quos recipere debebit de prebenda sua teneatur emere et solvere unam
cappam de serico usque ad valorem decem librarum stephaniensium nec gaudere possit de aliis
fructibus quam primum inceperit quousque dictam cappam emerit et solverit ad plenum. Nec per
nos decanum et capitulum possit eadem dicta cappa remitti quomodolibet vel quietari. Item
statuimus et ordinamus quod quando aliquis de novo recipietur in canonicum nostrum teneatur in recep-
tione sua antiquas bonas et approbatas consuetudines ecclesie nostre et statuta predicta
iurare et firmiter observare. Item statuimus et ordinamus quod illi qui de cetero recipientur
in canonicos dicte ecclesie nostre teneantur personaliter facere stagium per suum primum. et quod per
iuramentum nostrum non possimus eis primum stagium suum remittere vel quitare. Item statuimus
et ordinamus et propriis iuramentis firmamus ne illa que facta sunt vel ordinata in
capitulis nostris consuetis generalibus ecclesie nostre in eisdem capitulis promotis vel promo-
vendis irritari mutari vel revocari valeant nisi omnibus de capitulo nostro expresse
et specialiter consencientibus et ad hoc vocatis. Item statuimus et ordinamus quod si aliquis
nostrum aliquid emerit de bonis nostris communibus vel ecclesie nostre quandocumque venerint et
quocumque nomine censeantur et de precio nobis non satisfecerit infra tempus eidem a nobis
statutum quod nos per iuramentum nostrum tenemur et debemus retinere et occupare omnes
fructus prebende sue grossos et minutos quousque nobis de dicta emptione precio
fuerit plenarie satisfactum et eidem emptori ecclesie nostre interdicatur ingressus quousque de
dicto emptionis precio nobis satisfecerit competenter et si in missa vel horis ingrediatur
ecclesiam chorus teneatur omnis cessare a divinis quamdiu in ecclesia presens est. Idem vo-
lumus per omnia observari in canonicis nostris qui aliquas pecunie summas vel alia
bona ad nos vel ad ecclesiam nostram spectancia preter voluntatem nostram detinuerint vel pre-
sumpserint occupare. Item statuimus et ordinamus quod si super rebus vel negociis ecclesie
et capituli nostri super aliqua gracia vel favore faciendis fuimus singulariter requisiti nullus
nostrum possit concedere vel negare vel super hiis certum dare responsum nisi omnibus no-
bis respondentibus vel presentibus in unum et ad certum locum ad hoc specialiter

commictas Et ista omnia et singula statuta predicta Nos decanus et capitulum
ecclie montisslig prout rite facta sunt iuramus et promisimus inviolabiliter observare
et ad hoc ut maioris obtineant roboris firmitatem Supplicamus humiliter Reverendo in xpo patri
ac dno hugoni dei gra archiepo bisunt ut dignetur eadem tenore suprascripto confirmare Et nos
hugo miseratione divina bisuntinus archiepiscopus predicta statuta diligenter inspectis comperimus
eadem esse licita et honesta et que dicti decanus et capitulum ipsius canonicis non inclinant sed
quietem utilitatem pacis aspirant Quare predicta auctoritate nostra confirmamus et eisdem auc
toritatem nostram interponimus et decretum In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus
litteris est appensum Datum in vigilia beati barnabe apostoli Anno domini Mo trecentesimo nono